

Justus Christoph Schomer

**Rector Universitatis Rostochiensis Iustus Christophorus Schomerus, Doct.  
Theol. ... ad exequias, quas ... Puellulae ... Annae Catharinae, hodie parat  
moestissimus parens, Vir ... Dn. Carolus Fredericus Ferber, I. U. D. ... Omnes  
Omnium Ordinum Cives Academicos ... humanissime invitat**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1687]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777444445>

Druck    Freier  Zugang



Schomer, J. Chr.,  
in  
**A. C. Ferber.**

Rost. 1687.

63







RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
JUSTUS CHRISTO-  
PHORUS SCHOMERUS.

Doct. Theol. & Profess. Prim. Con-  
sistorij Ducalis hoc anno Director & Superin-  
tendens Mecklenburgensis,

ad exequias, qvas  
Scitissimæ Puellula, Gnata Sue



ANNÆ CA-  
THARINÆ,

hodie parat mœstissimus parens,

*Vir Consultissimus atq; Nobilissimus*

DN. CAROLUS FRIE-  
DERICUS FERBER,

J. U. D. & Curiaæ Provincialis Mecklenburgensis  
Advoçatus, Hereditarius in Kassemböhni

Freqventer eundas

*Omnes Omnia Ordinum Cives Academicos,  
quosq; suis titulis & honoribus conspicuos,  
humanissime invitati.*

RostochI, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ, Typogr.



Vob ex depictâ ante  
paucos dies doloris & vehe-  
mentiâ & justitiâ , quæ in mor-  
te conjugis homini oritur, na-  
turali ordine fluere poterat, ut  
proximè orationem nostram  
occuparet, idem hic dies nobis  
suppeditat triste argumentum,  
ut quam flebilis sit amissorum  
liberorum jactura , in funere  
unicæ filiolæ tristissimis parentibus eruptæ meditare-  
mur. Scribere quidem eâ de re expertus potero , qui ante-  
tesequiamnum filiolum primogenitum extuli, cum de  
altero argumento per Dei gratiam aliorum tantummo-  
do exemplum intuerer. Sed facile conjicio acerborem  
parentum illorum luctu esse , qui unicum amittunt tha-  
lami pignus , quam quibus liberorum numerus tantum  
imminuitur. Sunt liberi imago quædam parentum, in  
quibus se ipsos tanquam in vivo speculo intueri, & quam  
non habent in se ipsis immortalitatem , per illorum pro-  
creationem longo nepotum ordine sibi succendentem  
quodammodo obtainere conantur. Sunt pars, quædam  
nostrî, quibus quæ accidunt læta atq; tristia, ut quæ no-  
bis ipsis accidunt, reputamus; vitam à nobis fortunasq;  
fortiuntur, magnamq; in ipsorum curâ & educatione  
ipsa etiam brutis natura voluptatem posuit. Liberos  
magis reverentia & accepta ac sperata beneficia paren-  
tibus obstringunt, parentes vero liberis solus amor: un-  
de nec tantus parentum amor liberis est, quantus libe-  
rorum parentibus , qui quos ex se genuerint certiore fi-  
de norunt, quam hi, unde prognati sint, addiscunt. Quam  
alte radicatus hic amor sit in animis quantumvis barba-

ro-

rorum hominum, conjugalem amorem filiali s<sup>æ</sup>p<sup>e</sup>  
posthabentium, notius est, quām ut verbis doceatur.  
Illud potius meditatione nostrā dignum est, quod ut  
cum conjugali amore, ita & cū eo, qui matris est libe-  
ros suos amplexæ, Deus comparet svavissimum eum af-  
fectum, quo ecclesiam complectitur. *Sion*, inquit, queri-  
tur se à Deo deserit & oblivioni tradi, an vero fœmina pot-  
erit oblivisci prolis sue, ne misereatur ejus, quem ex utero ex-  
clusus? Tam scilicet absurdum esse innuens, ut Deus de-  
serat nos, quos fibi mysticā regeneratione filios filiasve  
reddidit, quām improbabile est tantam barbariem oc-  
cupare anūnum matris apud homines. Sunt sanè tan-  
ta naturæ monstra, quorum occallens ad omnem bo-  
nitatis instinctum protervia hanc pietatem, quæ liberis  
debetur, extinguit; unde & ipse Deus apud prophetam  
pergit; etiam si mulier oblitiviscatur prolis, non oblitu-  
rum se tamen esse Sionis: Sed illa pauca & horrida exem-  
pla vim amoris quæ est & esse debet parentibus liberis  
non tollunt. Hic igitur amor liberorum, quem non  
ciet luctum, cum eripiuntur? Memoria svavitatis e-  
jus, quæ ex viventibus capitur, amputata spes melio-  
rum subinde gaudiorum, quæ parentibus cum ipsis li-  
beris communiter crescit, certe tanquam filex impa-  
cta visceribus, post fata eorundem exardet inflammam  
desiderii, s<sup>æ</sup>p<sup>e</sup> nec lacrimis pluribus extinguendam.  
Extinguitur in liberis optatum senectutis solatium,  
quod inde maximum esse solet, & mortis imago fune-  
stior occurrit posteritatis spe amputatâ. Naturæ ille  
ordo est, ut qui prius introivit in vitam, prius etiam in-  
de exiturus esse videatur: quem turbari ita ægrè ferunt  
plerumque homines, ut quantovis teneantur vitæ de-  
siderio, prius tamen liberis se mori malint. Sed il-

le tamen ordo ita frequenter invertitur, ut si proportio-  
nem sequamur eorum, quæ à curiosis rerum huma-  
narum viris in diptychis baptismalibus & funebris  
observata sunt, intra sex vel octo primos ætatis annos  
triplo plures falee immaturâ mortis demetantur,  
quam adultæ ætatis vel quadruplo longius tempus  
absumit. Quemadmodum enim plantæ & flores pri-  
mum ex radice aut gemnis prorumpentes quò tenuiori-  
bus hærent fibris, eò citius ab exurgente boreâ extin-  
guuntur, ita & tenella ætas pluribus sub jacet mor-  
borum periculis, quam quorum cum annis jam confir-  
mata valetudo est. Ideoq; quamvis amplior plerum-  
que & avidior spes parentum esse soleat in tenero flore  
infantium quam in crescente adolescentiâ illorum, va-  
nior tamen est & incertior, quam facilis extingvi re-  
rum magistra experientia quotidie docet. Prudentium  
igitur est, spem ex liberis, ultra quam patitur nostræ  
mortalitatis conditio, non torquere, sed naturâ casu-  
um hujusmodi cogitatione pectus præparare, ne inspe-  
ratò deinceps gaudentibus accident. Etenim plures  
alii quam mortis casus sunt, quibus eludi vota paren-  
tum possunt, ne illa à liberis superstibus gaudia & e-  
molumenta capiant, quæ sibivel precantur vel promit-  
tunt. Succedit nova semper cum annis sollicitudo, ita sa-  
pe torquens animos parentum, ut nescias satiusne fue-  
rit in unâ morte illam omnem tumulari & extinguiri,  
quam inter ambiguum meliorum spem diutius ali. Quæ  
res si probè ad animum vocetur, naturali liberorum  
desiderio modum ponet, ne nimium dolori indulgea-  
mus, cum hæc nobis pignora eripiuntur. *Præstat dies*  
*mortis die eo quo nasciris*, inquit Salomo, neque id im-  
merito. Quamvis enim in partu infantis ampla por-  
ta

tā pandatur plurium votorum, quibus omen futuræ felicitatis queritur, quæ omnia in morte extinguntur: nec mintis tamen panditur omnium malorum porta, quæ vel imminent infanti nato vel à sui metu non sinnunt eum esse securum.. Major in mundo numerus est eorum qui infeliciem, quam qui felicem vitam vivunt, major eorum qui vitiis inquinantur quam qui bonis ornantur virtutibus, major denique eorum qui latâ viâ in fauces inferni se miserè præcipitant quam qui per angustam portam acclivi impeditâq; calle ad cœlestia gaudia contendunt. Ecquis vero nos certos reddit, quid de illis futurum sit, qui nobis in lucem dantur? annon pro numero illorum, qui sequiora exempla dant, maior timoris quam spei argumentū in vitâ illorum continetur? Certè cum & qui amoenissimè rident flores, saepius subitâ uredine correpti flaccescant, neq; de illis liberis, qui optimam indolem optimamq; fortunam spondent, sectura fiducia est. Carent quidem multâ voluptate parentes, qui liberis orbati sunt, sed & carent multâ solicitudine, multoq; ex liberis dolore.. Et ipsi illi parvuli nostri, qui sic in primâ infantia extinguntur, quanto compendio viæ, quam felice aspirante aurâ omnibus eripiuntur hujus salifluctibus, quibus nos qui supersumus miserè jaçtamur? Abeunt illi ad meliores sedes, antequam vanitatem hujus mundi experiuntur, antequam animum curis & laboribus excruciant, antequam Deum pluribus peccatis offendunt. Si omnia hujus mundi gaudia vero pede metiaris, minora invenies, quam ut animus viri sapientis in eis acquiescat. Optima quæq; quibus hic occupamur, vana sunt & frivola, magis opinione hominum quam verâ rerum dignitate aestimata.. Vitam etiam felicissimam

laboris plenam esse docet Moses Psalmo XC. Postquam autem superata omnia sunt & longè ambage actus vitæ mimus, nil aliud restat qvām ut in inani populi plausu communis scenæ exitus inveniatur. Plus habent illi viæ, qui ad seram usq; ætatem per omnia mundi impedimenta ad cœlestem patriam enituntur, plus vitæ illi, qui sine morâ in primo ætatis flore ad eam metam rapiuntur. Hoc sibi solatium & doloris lenimentum habent tristissimi parentes, qui unicum hodie thalami sui pignus ad tumbam deducunt, in quo ut tardius voti sui, qvod à nuptiis esse solet complementum senserunt haec tenus, ita fortius spem fixerant, uno mortis iectu nunc intercism. Scilicet unica natu filiola est, cui has exequias parant Vir Nobilissimus atq; Consultissimus Dn. G A ROLUS FRIDERICUS FERBERUS, J. U. D. & Curiae Provincialis Mecklenburgicæ Advocatus, hereditarius prædii Cassebomensis, & Nobilissima, suiq; sexū virtutibus decora ejusdem uxor, CATHARINA ELISABETHA FERBERIA, ille Pater, hæc Mater, ambo acerbum casum merito lugentes: filiola à clarissimis orta majoribus, dum ab his parentibus orta est. Qvippe cui avus paternus fuit Nobilissimus qvondam, Amplissimus, & Consultissimus Vir Dn. JOHANNES LEVINUS FERBER, Jctus spectatissimus, & Serenissimi ac celsissimi Ducis Mecklenburgensis Dn. GUSTAVI ADOLPHI, Consiliarius, & ipse prædii Cassebomensis possessor, Avia paterna Matrona omni laude dignissima ANNA CORFINIA, & horum maiores, proavus defunctæ paternus, vir generosus ac maximè strenuus Dn. ANTONIUS FERBERUS, sub signis qvondam Serenissimi Brunsvicensium ac Luneburgensium Ducis, Dn. HENRICI JU-

JULII, postulati Administratoris Magdeburgensis Capitaneus, Dominus in Bellersheim, proavia paterna Ornatisima fœmina ANNA WEIDEMANNIA, beati nunc Dn. ARNOLDI WEIDEMANNI, Ser. Duc. Brunsv. & Luneb. in Greifse & Bolzen præfecti filia. Proavus paternus alter Vir admodum Reverendus & Doctissimus Dn. JOHANNES CORVINUS, S. Theol. D. & apud Gedanenses Pastor primarius & proavia altera, hujus viri uxor, spectatissima matrona ELISABETHA, viri generosi ac nobilis Dn. NICOLAI SCHREIDES, centumviri in eadem urbe laudatissimi filia. Avus autem maternus defunctæ parvulæ est homodieq; per Dei gratiam superstes, Excell. & Consultiss. vir, Dn. JOHANNES CHRISTOPHORUS HAUSWEDEL, Jctus celeberrimus, summi dicasteri Meckl. qvod Parchimi est, Vicepræses gravissimus, avia vero materna fuit Nobiliss. & Speci. matrona CATHARINA STURTZIA, & à quibus hi descenderunt, Proavus alter maternus, Vir Nobil. & Consultiss. Dn. CONRADUS HAUSWEDEL, Jctus & plurium Ducum, Principum ac Comitum Germaniæ Consiliarius felicissimus, & quæ illi nuperat proavia materna, fœmina nobilis ac præstantissima, ANNA MARIA Råysers/ proavus alter maternus, Vir Consultiss. ac Nobiliss. Dn. JACOBUS STURTZIUS, Jct ac Ser. Celsiss. Ducus ac Principis nostri Dn. GUSTAVI ADOLPHI, Consil. & fisco Advocat, ejusq; coniux proavia materna altera, Spectatiss. fœmina EME. RENTIA, consultiss. prudentissimique qvondam viri Dn. MARTINI GERDESII, civitatis Gustrov. Consulis optimè meriti filia. Ab hac nobili prosapiâ genus dicens parvula hæc cum die xxvi. Dec. superiore anno in hanc lucem nasceretur in paterno urbi nostræ vicino prædio, mox ablu-

abluta sacris baptismi undis nomen ANNÆ CATHA-  
RINÆ naœta est, omine illo, ut matris aviaœq; virtutes  
cum ipso nomine imitaretur. Blandoq; risu jam vide-  
batur annuere optimorum parentum conceptæ expe-  
ctationi, crescens illâ corporis habitudine, quam in te-  
nelliis infantibus solemus laudare: Sed, eheu! ne quidem  
quatuor menses explevit, cum subito caœsu flos ille citius  
extingueretur, quam marcessere videbatur. Dies erat  
**xxiv.** April. *Dominicâ Cantate*, quæ à cantu ecclœsiæ no-  
men trahens & ipsi huic amplissimæ familiæ cantandi ma-  
teriam debebat subministrare, cùm efflorescente vere  
majoris etiam augmenti florem ex his cunaram deliciis  
sibi promittenti, cùm sano ac valente corpore obdormie-  
bat vesperi, sed manœ circa horam quartam vehementi  
apoplexiâ à lœvo latere correpta matri perterritæ affer-  
tur, & mox in sinu ejus post pauca horæ minuta ani-  
mam efflat. Hunc quamvis luctuosissimum casum pa-  
rentes, utut mœstissimi, æquo tamen animo ut fe-  
rant, à disciplinâ Christianæ religionis didicerunt, quæ  
nec ob adversa impatientiū nos commoveri, nec citam  
infantium mortem pro infelicitate illis æstimari pati-  
tur. Sed quemadmodum David, cùm filiolum perdidisset,  
pro quo Deum precibus & jejuniis oraverat, surgens a  
terrâ hilaris & lotus mensæ accubuit, spe melioris ejus  
post hanc vitam amplexûs omnem ejus jaœturam solat-  
tus: ita & hi parentes pari fidei ac spei imitatione se  
erigunt, & lacrimas ab oculis abstergunt. Proderit tamen  
ad leniendum hunc ipsis dolorem vestræ etiam, Cives  
Academiæ honoratissimi, pietatis officium, si frequente  
comitatu funus hoc deducatis. Invitat vos ad hanc hu-  
manitatem hæc scriptio nostra, quâ ut conveniatis me-  
cum in æde Marianâ ad horam primam pomerid. & inde  
ad obeundas funebres ceremonias pergatis, comiter  
& decenter vos oro atq; exhortor. *P.P. Sub Sigillo*  
*Universitatis d. 3. Maii, A. Christi MDCLXXXVII.*





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn777444445/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777444445/phys_0014)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn777444445/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777444445/phys_0015)

DFG



JULII, postulati Administratoris I  
 pitaneus, Dominus in Bellershei  
 Ornatusima fœmina ANNA W  
 beati nunc Dn. ARNOLDI WI  
 Duc. Brunsv. & Luneb. in Greifse &  
 Proavus paternus alter Vir admo  
 Doctissimus Dn. JOHANNES CO  
 D. & apud Gedanenses Pastor prin  
 tera, hujus viri uxor, spectatissim  
 BETHA, viri generosi ac nobilis  
 SCHREIDES, centumviri in eade  
 filia, Avus autem maternus defu  
 dieq; per Dei gratiam superstes, Ex  
 Dn. JOHANNES CHRISTOPHE  
 WEDEL, Jctus celeberrimus, summi  
 Parchimi est, Vicepræses gravissimi  
 fuit Nobiliss. & Spec̄t. matrona CA  
 TZIA, & à quibus hi descenderunt,  
 nus, Vir Nobil. & Consultiss. Dn. CO  
 WEDEL, Jctus & plurium Ducun  
 mitum Germaniae Consiliarius feli  
 nuperat proavia materna, fœmin  
 tissima, ANNA MARIA Råysers/  
 nus, Vir Consultiss. ac Nobiliss. Dn.  
 TZIUS, Jct⁹ ac Ser. Celsiss. Ducis a  
 GUSTAVI ADOLPHI, Consil. & fil  
 conjux proavia materna altera, Spe  
 RENTIA, consultiss. prudentissim  
 MARTINI GERDESII, civitatis Gu  
 mē meriti filia. Ab hac nobili prosap  
 vula hæc cum die xxvi. Dec. superio  
 nasceretur in paterno urbi nostræ



the scale towards document

ensis Ca  
 i paterna  
 ANNIA,  
 NI, Ser.  
 fecti filia.  
 endus &  
 S. Theol.  
 oavia al  
 ELISA  
 COLAI  
 datissimi  
 læ estho  
 ultiss. vir,  
 USWE  
 ckl. qvod  
 materna  
 STUR  
 er mater  
 HAUS  
 m ac Co  
 t quæ illi  
 præstan  
 er mater  
 STUR  
 ostri Dn.  
 t⁹, ejusq;  
 naEME.  
 viri Dn.  
 julis opti  
 cens par  
 hanc lucē  
 io, mox  
 ablu-